UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Peculio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Filiuſfa. Adde Bar. in l. cū tabernam. §. pe. in fi. ĩ. de
pigno. Idē in recipiēte ambaſiatā ſcđm Io. And. in d. § morte.
⁊ ibi dixi: ⁊ vide que no. Bal. in auth. qua in ꝓuincia. Uide de re
cipiente literas, ⁊ nihil dicente, Phil. Dec. in c. ſcripta. nu. 15. de
fide inſtr. Panoꝛ. conſi. xviij. nu. 5. vol. ij. Alex. conſi. lxxviij. lib. i.
¶ POMA. Circa materiā huius taciturnitatis, ⁊ qđ operetur:
vide multa per Panoꝛ. conſi. lxxxi. inci. pꝛima facie dicēdum. Et
qūo poſſit extoꝛqueri ꝯfeſſio ab aduerſario, vide Math. no. xxi.
incip. not. mirabiliter modum. De ꝓbatione aūt epiſtolarum cō
tra ſcribentes ꝓ illis qbꝰ ſcribit, vide Raph. Cuma ꝯſ. clxxvij.
inci. recipiens literas. ⁊ de intellectu huius l. vide Alex. in l. non
ſolum. §. moꝛte. de no. oper. nun. ff. ⁊ Alex. conſ. cxlvij. vol. ij. Fel.
in c. nonne bene dicimus. ver. fallit quarto. de pꝛeſumpt. Barb.
conſi. vj. vol. j. ⁊ ꝯſi. xxxvij. vol. j. ⁊ conſi. xj. vol. ij. ⁊ ꝯſil. xv. eo. vol.
Alex. ꝯſi. lxxviij. vol. j. vide addit. ad Panoꝛ. c. ij. de fide inſtrum.

LEX XX.

CReditorem. Moꝛtuo filiofa. qui mutuū accepit, dum erat in poteſtate, pꝛo illa obligatione non poteſt accipi fideiuſſoꝛ, quod dic vt in glo.

# Liber decimuſquintus.

a De peculio. a Rubrica i.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De peculio. Ad intellectū totius tituli vide Bar.
poſt gl. in l. pater ꝗ caſtrēſe. ĩ. de caſt. pec. ⁊ in l. ſi finita. §. ſi de ve-
ctigalibus, in ſi. de dam. infec. Et foꝛmam libelli in actione de pe-
culio, vide ꝑ Cy. in l. pen. C. qđ cū eo. ⁊ gl. in l. j. ff. ſi pars here. pe.
in ver. vēdicabit. ⁊ vide quod no. Bal. in l. ſi. in ſi. C. quod cum eo.
¶ POMA. Et de quo peculio loquatur iſte titulus, vide Are.
in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cer. pet. Cep. conſi. xxi.

1 ☞ Peculium eſt quedam vniuerſitas, ſed pꝛopꝛie eſt quedam
parua pecunia, quam filius vel ſeruus parſimonia acquiſiuit.
2 Peculium aduentitium id quod donat pater filio bene merenti
efficitur, ⁊ eius pꝛopꝛietas eſt filij.
3 Pater in aduentitijs conuenitur tanquam legitimus admini-
ſtratoꝛ filij.
4 Peculium ſumitur octo modis, ⁊ quot modis filius poſſit ha-
bere peculium.
5 Filius dicitur dominus rerum paternarum pꝛopter ſpem ſuc-
ceſſionis: Et quia de eis alitur.
¶ Uenio ad rub. de peculio, ⁊ iſtam rub. glo. continuat ad tit. de
exercitoꝛia. Tu potes cōtinuare ad tit. ſ. xxi. Dictū eſt ſ. ꝙ ex
cōtractu filij pater nō obligatur, ſed qꝛ aliquādo pater nō con-
uenitur de peculio, vt qñ filius non eſt mutuatus, ideo ponitur
1 rub. de pecul. Et pꝛo huius declaratione pꝛimo quero † quid ſit
peculium. Azo dicit qđ eſt vniuerſitas quedā, cum in ea poſſunt
eſſe mobilia, ⁊ immobilia, coꝛpoꝛalia, ⁊ incoꝛpoꝛalia, vt ipſe no.
C. qđ cū eo. ſed ſua diffinitio pꝛocedit largo modo ſumendo pe-
culiū, vt ĩ. videbitis. Nam quatuoꝛ ſunt nomina vniuerſitatis, ſ.
hereditas, bona, peculium, ⁊ patrimoniū: ſed ſtricto modo ſu-
mēdo, pꝛout loquit̃ titulus noſter, dico ꝙ peculiū eſt quedā par
ua pecunia, quā ſeruus, vel filius ꝑ parſimoniā acquiſiuit, vt l.
peculium ex eo. ĩ. eo. vel dñs vt merenti ſeruo dedit, id eſt, quod
ſit queſitū, ĩ peculio habere permiſit filio vel ſeruo, vt l. peculiū
eſt. in pꝛin. ĩ. eo. ⁊ extra de ſimo. c. de ſimoniace. Pone exēplū, cō
tingit. n. plerūq; quod habentes ſeruos, caſtaldos dant eis pꝛo
eoꝛū victu, pone ſingulis mēſibꝰ quinque floꝛenos, ſi quidē ergo
ſeruus fidelis poſſet trāſire victū ſuū cum tribꝰ floꝛenis, duos
parſimoniaſſet, iſta parſimonia, parſimoniatio appellat̃, ⁊ exem-
plū iſtud in filio, ⁊ ĩ ſeruo pꝛocedit, ⁊ hoc totū peculiū efficitur,
quoties dñs hoc agit vt vel ſerui vel filij peculiū efficiatur. Se-
cundum exemplum, cum benemerenti dominus vel pater pecu-
lium concedit ſine dubio in ſeruo pꝛocedit, ſed in filio non vide-
tur pꝛocedere ſcđm iura. C. ſeu auth. Sed ſecundum hec iura
ffoꝛū pꝛocedebat ſicut in ſeruo, qm̄ illud eſt peculium qđ habet
filius a patre, cuius tamen adminiſtrationem, non pꝛopꝛietatē
2 habet, † ſi pater filio merenti donat quatenus aſcendunt merita
filij, eatenus filius capit vt extraneus, vt ſtatim fiat dominus, ⁊
illud tranſit in peculiū aduentitium, cuius pꝛopꝛietas eſt hodie
ipſius filij. Pꝛimū pꝛobatur in l. ſi donatiōe. ⁊ ibi no. per doc. C.
de coll. ⁊ in auth. vnde ſi parēs. C. de inof. teſt. ⁊ ĩ. de caſt. pecu. l. ſi
foꝛte. Secūdū pꝛobatur in l. cum nō ſolū. ⁊ in l. cū opoꝛtet. C. de
bo. que lib. licet olim eſſet secꝰ, qꝛ aduētitia erāt patris pleno iu
3 re. Ex his ergo patet, † quod pater nō de peculio, ſed vt tāquā
legitimus adminiſtratoꝛ cōuenit̃, vt no. in l. pater ꝗ caſtrenſe. de
caſ. pec. ⁊ ſ. de ꝯd. ind. l. frater a fratre. Facit et̄ qđ no. ĩ. de fide-
iuſ. ĩ l. ſi qs ꝓ eo. §. i. ⁊ no. Inſt. de act. §. ſi. ⁊ in l. j. C. de bo. ma. dicā
4 plenius ĩ. e. ti. l. j §. verba. ¶ Itē querit gl. † quot modis ſumat̃
hoc nomen peculium, ⁊ dicit ꝙ octo modis. Pꝛimus, ſecundus,
quartus, quintꝰ, ſextus, ſeptimus, ⁊ octauus ſunt clari. ¶ Ue-
nio igit̃ ad tertiū, dū de caſtrēſi vel q̄ſi caſtrēſi loquit̃. Ad cuius
declarationē debes ſcire, ꝙ filiuſf. multis modis pōt habere pe-
culiū. Pꝛimo pecuniā paternā, quā d patris arca accepit, puta
5 qꝛ adminiſtrabat bona patris. Nā lꝫ filiꝰ † dicat̃ dñs rerū pater
narū. l. in ſuis. de lib. ⁊ poſthu. ⁊ Inſti. de her. quali. ⁊ diffe. §. ſui.
hoc ideo dꝛ, qꝛ de eis alit̃ ꝓpter ſpē future ſucceſſionis. Itē pōt
habere caſtrēſe peculiū, qđ acqſiuit in caſtris vel moꝛe caſtroꝛū,
vt C. de caſtr. pec. l. i. ⁊ ĩ. d caſt. pec. ꝑ totū. Itē pōt habere q̄ſi ca
ſtrēſe peculiū, vt filiuſfa. haberet pecuniam ex publico in aliqua
adminiſtratione cōſtitutꝰ, vt C. de aſſeſ. l. velut. ⁊ in his duob. pe
culijs loco patriſfa. habet̃. ſ. ad Mace. l. ij. ⁊ C. d inof. teſ. l. ſi. Itē
pōt habere peculiū aduētitiū, ꝙ filius acquirit ex bonis mater
nis, vel aliunde, q̄ a patre, ⁊ in hoc olim pater dominiū habebat
pleno iure, hodie vero tm̄ hꝫ vſumfructū vt legitimus admini-
ſtratoꝛ, vt C. d bo. ma. l. j. ⁊ in d. l. cū opoꝛtet. ⁊ vtrobiq; not. qđ ē
verū qñ hoc peculiū fuit q̄ſitū voluntate patris, alias pleno iu
re eſt filij, ⁊ dat̃ filio curatoꝛ in hoc peculio, vt l. ſi. C. de bo. q̄ lib.
Itē pōt homo habere peculiū ꝓfectitiū, qđ cōcedit̃ ſibi a patre,
vt ĩ. eo. l. depoſiti. §. ſi. vel ab alio, cōtēplatione tñ patris, vt ĩ. ad
Treb. l. ex facto. §. ſi quis. ⁊ l. ſed ſi plures. §. ĩ arrogato. de vulg.
⁊ pupil. ⁊ de iſto loquitur hic tit. vt in ĩ. queſt. dixi, ⁊ omnes iſtos
modos peculij ponit glo. in l. frater a fratre. ſ. de condi. indebi.

LEX PRIMA.

1 ☞ Oꝛdo iuris inſpici debet.
2 Legitimus tutoꝛ an pꝛeferatur datiuo.
3 Actio de peculio datur inquantum vires peculij patiūtur, ⁊ eſt
natiua. nu. 6. ⁊ 13.
4 Ponderis maioꝛis ⁊ valoꝛis quod eſt, pꝛemittendum eſt his,
que ſunt minoꝛis.
5 Actio habet duas cauſas.
7 Actio de peculio in quo differt ab actione exercitoꝛia vel inſti-
toꝛia, ⁊ nu. 9. ⁊ 10.
6 Actio de peculio quare datur potius contra patrem vel domi-
num, quam illa, que deſcendit a iure ciuili.
11 Actio de peculio, in quo differat ab actione tributoꝛia.
12 Actio de peculio ꝑſonalis eſt, ⁊ oꝛit̃ ex obligatione ciuili. nu. 14.
15 Obligationes que oꝛiūtur ex reſcriptis pꝛincipū vel ex edicto
pꝛetoꝛis, habent etiā effectum naturalis, ⁊ pꝛoducunt actionē.
16 Actio de peculio eſt ſtricti iuris.
17 Actio que competit ꝯ filium ⁊ datur ꝯ patrem, eſt vna, ⁊ eadē.
18 Pꝛonomen, hoc, eſt demonſtratiuum tam ad oculū intellectus,
quam ad oculum coꝛpoꝛalem.
19 Teſtis examinatus in palatio capitanei ſi deponendo ſuper ar
ticulo quod cōtractus fuerat factus in palatio Epiſcopi dicat
contractum factum in hoc palatio, ſuſtentatur dictum, quia re-
fertur ad oculum intellectus.
20 Agens de peculio, non agit de in rem verſo.
21 Uerſum, quod in rem domini eſt quādo dicatur eſſe in peculio.
22 Pater quando tenetur de peculio, de quo peculio intelligatur.
23 Pater qualiter teneatur de peculio moꝛtuo filio.
24 Maſculinum quomodo cōcipiat femininum, ⁊ an ſit de pꝛopꝛio
ſignificato. num. 25.
26 Statutum quod ſi quis vadit de nocte puniatur in decem, com
pꝛehendit feminam.

ORdinarium. Iſtud pꝛincipium vſq; ad §. poteſtatis. diuiditur in quatuoꝛ partes. Pꝛimo enim ponitur continuatio. Secundo quotupliciter agatur ex hoc edicto. Tertio ponuntur verba edicti. Quarto illa incipit exponere. Secunda ibi, eſt autem. Tercia ibi, verba autem. Quarta ibi, de eo loquitur. ⁊ h. d. Sicut ſe habet patrimonium ad libertum, ita ſe habet
peculium ad ſeruum vel filium, vt pater vel dominus de peculio
1 teneantur. h. d. ſecundum Iac. But. ¶ † Uenio ad pꝛimam par
tem, ex qua no. iuris oꝛdinem eſſe incipiendum, ad quod l. ij. ſ. de
ſta. ho. ⁊ habuiſtis no. in gl. rub. ſ. de eo per quem fac. erit. quod
2 valet ad queſtionem ibi notatam. Nam queſtio † fuit de facto, an
legitimus tutoꝛ excluderet a iudice confirmatum, ⁊ Mar. Sil.
diſputauit hanc queſtionem in ſcholis, ⁊ determinauit cōfirma-
tum a iudice legitimo pꝛeferendum, quia lex dicit omnino confir
mādū, ⁊ quod hoc lex velit, dicit ipſe, patet ex oꝛdine tituloꝛū.

Primo enim ponit de teſt.tute. Poſtea de confir.tuto. Tertio
de legi.tuto. Unde concludit, quia preferendus ſit cõfirmatus,
cum de eo prius diſponatur, alle. pro caſu huius queſtiõis. l. de
creationibus. C. de Epiſ. aud. Nam dicit ipſe tutorẽ filio furio-
ſo datum a patre in teſtamento preferendum legitimo, qui eget
cõfirmatione. C. de teſta. tut. l. pen. ⁊ fin. ⁊ l. iure noſtro. ĩ. de teſt.
3 tut. ⁊ l. pen. ĩ. de cura. fur. de quã queſtione dic ibi. ¶ † Secũdo
no. ꝙ actio exercitoria, ⁊ inſtitoria dantur inſolidũ, iſta vero in-
4 quantũ peculij vires patiunt. ¶ † Tertio no. quod eſt premit-
tendũ illud quod eſt maioris põderis ⁊ valoris potius quaꝫ qđ
eſt minoris. ¶ Itẽ no. ꝙ ipſe contractus eſt ille, q tribuit actio-
nem. Tu dic ꝙ contractus tribuit obligationem, obligatio vero
5 actionem. Unde † actio habet duas cauſas vnã mediatã, vt con-
tractũ, aliã immediatã, vt obligationem. l. licet. §. ea obligatio.
6 de procu. ¶ † Itẽ no. ꝙ iſta actio eſt datiua, ⁊ non natiua, ſed cõ
trariũ ĩ. dicã. ¶ Opp. cõtra glo. quod ex hoc edicto agatur in-
ſolidũ, ſicut ex alijs ſuperioribꝰ titulis, de inſti. ⁊ de exerci. Sol.
7 † ex hoc edicto agitur tripliciter. Primo de peculio, ⁊ tunc pre
dicti tituli ab iſto differunt in duobus. Nam in illis datur inſo-
lidum, hic de peculio. Secundo differunt, q2 illi habẽt locum qñ
eſt determinatũ certuꝫ genus negotiatiõis, hic qñ nullũ. Scđo
modo agit de in rẽ verſo, ⁊ tũc differũt illi tituli ab iſto, q2 ibi in
ſolidũ, hic inquantũ eſt verſum. Itẽ illi qñ eſt certũ genus nego
tiationis, hic qñ nõ eſt certum. Tertio modo agitur, qđ iuſſu, ⁊
tunc illi ab iſto nõ differunt, niſi in vno: nã illi habent locũ, qñ eſt
certũ, ⁊ limitatũ genus negotiationis, hic qñ incertũ. Sed cõue
niunt in alio, q2 ſicut illi inſolidũ, etiã iſta inſolidũ. Ita debes in
telligere gl. tuã. ¶ Extra gl. oppo. ⁊ videtur ꝙ iſta nõ poſſit ali
quo modo cõpetere, q2 lex dicit ꝙ cõtra nos agitur, aut ex cõtra
ctibꝰ per nos initis, aut ex quaſi cõtractibus, delictis vel quaſi
delictis, aut ex varijs figuris cauſarũ. Nã ꝓ his cõpetũt actio-
nes que perſonales dicũtur ex eo quod perſonas imitantur eo-
rum qui cõtrahũt, vt Inſti. de act. §. omniũ. Sed hic dicit, ꝙ pa-
ter, vel dñs, ꝗuenit ex ꝯtractu filij vel ſerui: ergo, ⁊c. Itẽ alia ra
tione. Nam alteri ꝑ alterũ nõ debet iniqua cõditio afferri vt in
regula iuris, nõ dꝫ. ĩ. de reg. iur. Sed hic ſi pater ꝗuenit ex cõtra
ctu filij, vel dñs ex cõtractu ſerui, ergo videt eis iniqua cõditio
afferri. Sol. dico ꝙ hoc eſt de rigore iuris ciuilis, ⁊ eius ſubtili
tate, procedũt tñ de equitate pretoria, ſ. ꝙ pater, vel dñs conue
niatur ex cõtractibꝰ filij vel ſerui, quatenus eſt in peculio, idcir-
co, dicit hic tex. ꝑtor arbitratus eſt. Igitur hec actio que de pe-
culio dr, eſt quedã cognominatio a pretore inducta, vt hic patet.
8 ¶ † Sed circa hoc q̃ro, quare dat potius iſta actio que a ꝑtore
deſcẽdit in dominũ vel patrẽ, quã illa, que deſcẽdit a iure ciuili?
Reſpon. breuiter, omnis contractus, q a iure pretorio deſcẽdit,
⁊ omnis ꝑtoris intentio, ſeu inuẽtio ſumma nitit equitate, vt eſt
caſus in l. j. ⁊ ij. ĩ. ſi qs teſta. liber eſſe iuſ. fue. ⁊ hoc ꝓbatur in bo-
norũ poſſeſſione cõtra tab. ⁊ alijs multis ſimilibus, q̃ filijs eman
cipatis cõpetũt. Fuerunt. n. inducta a iure pretorio, q filij emã-
cipati tanquã penitus extranei ꝑ emancipationẽ facti ſi prete-
riebant a patre ſuo, nõ poterãt dicere teſtamẽtũ nullũ, ſicut q-
libet extraneus preteritus nõ põt dicere nullũ, q2 emãcipatus
de iure ciuili cẽſetur omnino extraneus, ſed pretor nitẽs equita
te hoc ſolũ, nõ attendẽs, ꝙ per emãcipationeꝫ a patre qs extra-
neatur, ſed cõſiderat ſolũ naturalẽ actũ, q2 quãuis emãcipatus
ſit a patre, puer a patre ſuo procreatus eſt, ⁊ ideo ſubuenit ei ꝑ
cõtra tabulas, ſicut ius ciuile ſubuenit ĩ poteſtate poſitis ꝑ ius
dicẽdi nullũ. Et ſic vides ꝙ omnis cõtractus pretoris procedit
a ſumma equitate. Modo ad ꝓpoſitũ, Si pater vel dñs cõcedit
filio in poteſtate vel ſuo certã pecunie quãtitatẽ vt negotient,
nõ exprimẽdo certũ genꝰ negotiationis, q2 tũc haberet locũ in-
ſtitoria, fuit equũ pretori viſum, ꝙ ex quo pater filio, vel dñs ſer
uo cõcedit certã pecunie quãtitatẽ, vt negotiẽtur, ꝙ ex ꝯtractu
filij vel ſerui pater vel dñs conueniri poſſint inquantũ ipſi in pe
culium cõceſſerunt, non attento ꝙ pater, vel dñs non recontra-
hant. ſed attẽto eo ſolum, quod equũ eſt, ex quo filius vel ſeruus
dñi vel patris voluntatẽ habẽt: nam ex illa eorũ volũtate viden
tur ipſi cõtrahere, licet nõ actualiter cõtrahãt, nam tũc cõueni-
rent inſolidũ ⁊ de rigore ⁊ equitate. Itẽ iſta equitas habet in ſe
quandã aliam equitatem annexam, ſ. ꝙ non ſimpliciter ⁊ inſoli-
dum pater vel dominus teneantur, q2 non ſimplex ⁊ ſoluta fuit
voluntas eorũ, ex quo certã ⁊ limitatã quantitatẽ conceſſerunt,
videtur enim illa volũtas limitata reſpectu quãtitatis conceſſe
filio vel ſeruo, ⁊ ſic ꝓcedit hec equalitas ⁊ a prima cauſatur, nam
hoc eſt equuum quod pater vel dñs conueniat ex cõtractu filij,
vel ſerui, propter eorũ voluntatẽ, que eſt dum cõcedũt peculiũ, a
iure preſumpta, ⁊ qđ ipſi eatenus teneant, ⁊ ĩ plus nõ ſe extẽdat
obligatio, niſi quantũ eſt in peculio: ergo, ⁊c. ¶ Tertio oppo. ꝙ
nunquã actio de peculio habet locũ, que dat inquãtũ eſt in pecu
lio. Nã peculiũ eſt deducto eo, qđ patri vel dño debetur. Unde

licet actualiter ſit peculium, tamen in ſubſtantiali appellatione
nullum peculiũ eſſe cẽſetur. l. peculium. §. ſi ere. ĩ. eo. quod etiam
in dote ⁊ ceteris vniuerſitatibꝰ contingit, vt l. quod dicitur. ĩ. de
impen. in re. dot. ⁊ l. ſi is. §. qđ dicitur. ĩ. de iure dot. ⁊ l. Meuio. §.
a me. de leg. ij. ⁊ l. ij. in prin. ĩ. de dote preleg. cum ſimi. Itẽ pecu-
liũ eſt, vt dixi, qđ voluntate domini, vel patris, filius vel ſeruus
habet ſeparatũ a rõnibus dominicis, vt l. depoſiti. §. ſi. ĩ. e. Sed
ſi in eo filius vel ſeruus patris, vel domini debitores efficiãtur,
ergo quodãmodo de eo peculio pater vel dominus conueniun-
tur. l. eo tempore. in prin. ĩ. de pecu. Sol. dñ dicit, quod in eo de-
bitores efficiuntur: hoc intelligo nõ ſolũ in caſibus. l. peculiũ ex
eo. ſed vbicunqꝫ, nam cum ſic dat, ſ. vt ſit peculiũ, manifeſte appa
ret non ſic dari, vt obliget ad illud recipiens: q2 ſic non eſſet pe-
culium. ¶ Sed ꝯ iſtã ſolutio. opp. nã hoc peculium eſt in domi
nio patris vel domini, ergo qui illud tenet, hoc ipſo obligatus
eſt, vt Inſtit. de actio. §. j. Solu. iſta obligatio eſt impropria ad
tractatũ, de peculio nõ pertinens. Lex. n. de naturali obligatio
ne loquit. l. ſi noxali. in fi. ĩ. e. ⁊ l. nec ſeruus. ⁊ Inſtit. qđ cuꝫ eo. §.
cũ autẽ. Uel dic, ꝙ illa obligatio ꝯtra illũ, qui meũ tenet, tũc eſt
quoties ego deſtino rẽ petere non vt deſtino nõ petere, vt eſt in
peculio, ſed dñs amitteret eo ipſo ſeruũ ſibi obligatũ ad peculiũ
reſtituendũ, quapropter peculiũ eſſe deſinit, niſi dolo faciat, tũc
enim licet deficiat, tñ fingitur nõ deficere. l. ſumma cum rõne. ĩ. e.

Uenio ad queſtiones, ⁊ primo q̃ro, cũ hic dicat, ꝙ actio
de peculio differt ab actiõe exercitoria in vno. ſ.
9 ꝙ illa inſolidum hec tñ de peculio. ¶ Nunc quero † an ſint alie
dñie? Rñ. ſic, nam illa habet locũ, qñ preponit certo generi nego
tiationis, hec non. Item illa habet locũ qñ filius vel ſeruus cõ-
traxit in merce nauali volũtate dñi, vel patris, hec in patre, vel
dño ignorante vel cõtradicẽte. l. ſi quis ſeruũ. §. etiã. ĩ. eo. dum-
modo filius cõtrahat in peculiari merce. Ad hoc facit ĩ. de ver.
obli. l. ſeruus vetante. Itẽ eſt ⁊ alia dñia, nam qñ pater, vel dñs
cõuenitur de peculio ex contractu filij vel ſerui, pater vel dñs, ſi
habet in aliquo obligatũ filiũ, vel ſeruũ quocũqꝫ modo vel quo-
cunqꝫ iure, ante oẽs alios creditores deducũt, qđ eis debetur,
ſi ipſi cõueniantur ab alijs creditoribꝰ actione de peculio ex cõ-
tractu filij vel ſerui. l. ſi quis ſeruũ. §. etiã. ĩ. eo. l. peculiũ autẽ. in
prin. eo. ti. Sed qñ intentat exercitoria, nõ habet locũ iſta ꝑde-
ductio, q2 cũ pater, vel dñs teneant inſolidũ, vt ſ. dixi, obligatio
queſita ꝯ eos nõ reſpicit peculiũ: q2 tenentur vſqꝫ ad interulam
ſiue inſolidũ: nihil ergo poſſet operari predeductio. ¶ Itẽ que
10 ro, in quo differat ab inſtitoria. † Rñ. in multis. nã illa inſolidũ,
hec quatenus eſt in peculio, vt hic. Itẽ illa, qñ filius vel ſeruus
preponit alicui negotiatiõi, certe hic qñ nulli certe negotiatio-
ni, ſed ſimpliciter dñs vel pater filio, vel ſeruo peculiũ concedit,
vt negotiet. Itẽ illa qñ interuenit ſciẽtia, ⁊ cõſenſus patris vel
dñi in genere circa alias res ꝗ̃ venales, hic vero qñ ignorãte, ⁊
inuito dño vel patre ſeruus vel filiꝰ ſuꝑ merce peculiari ꝯtra-
11 xit. d. l. ſi qs ſeruũ. §. etiã. ĩ. eo. ¶ † Itẽ quero in quo differt hec
actio ab actione tributoria? Rñ. actio tributoria impedit patrẽ
vel dñm prededucere id, qđ naturaliter ſibi debet a filio vel ſer
uo, ſed vocant pater vel dñs dũ aliquid debet eis a filio vel ſer-
uo in tributũ ſimul cũ alijs creditorib. ad id qđ in peculio repe-
rit, vnde eligitur quedã via media vice actionis exercitorie, ⁊ de
peculio, ⁊ ipſam actionẽ tribuit. Itẽ illa habet locũ qñ interue-
nit ſimplex ſciẽtia dñi vel patris filio vel ſeruo cõtrahẽte, vt l. j.
§. ſciẽtiã. ſ. de trib. Hec aũt qñ ignorãte vel ſciẽte ⁊ cõtradicẽte
patre vel dño filius vel ſeruus cõtraxit, ⁊ iſta ſola ſciẽtia eſt illa,
que tollit patri vel domino predeductioneꝫ in tributoria, quod
ſecus eſt in actione de peculio, in quo pater, vel dominus dedu-
cunt primo, quod eis debetur a filio vel ſeruo, ⁊c. Itẽ illa compe
tit, etiam ſi nihil ſit in peculio, vt ſ. de trib. l. j. §. merx. iſta vero
12 ſecus. Item alia dñia ponit in l. de peculio. ſ. de trib. ¶ † Item
quero an actio de peculio ſit in rem, vel in perſonã? Quidam di
a cũt quod eſt in rem, ⁊ hoc a dicunt, vt oſtẽdant ꝙ nullam obliga-
tionẽ preſupponat, ⁊ ſic pater per filium, ⁊ dñs per ſeruum non
obligatur, quod probatur, q2 re perẽpta dominus non tenetur
ſicut in reali. l. queſitũ. in prin. ĩ. eo. Et pro eis arguo, q2 ille, ad
quẽ trãſit peculiũ, põt cõueniri. l. ⁊ ancillarũ. §. ſi ſeruus. ĩ. eo. qđ
nõ eſt ĩ actionib. ꝑſonalibꝰ. l. j. §. ſi heres. ad Tre. ⁊ l. ſi fideicõmiſ
ſuꝫ. §. tractatũ. ſ. de iudi. Preterea cedẽdo peculiũ liberaret. l. ſi
poſt. ſ. cõi diui. in fi. qđ nõ eſt ĩ actionib. ꝑſonalibꝰ. l. vſufructua-
rius. C. de vſufr. Itẽ dat ꝯ dñm, vel patrẽ, inquãtũ ad eos ꝑuenit
de peculio, ⁊ ſeqt reꝫ. Si rẽ, ꝗ eſt realis, qđ eſt ꝯ naturã ꝑſonalis
q̃ ſeqt ꝑſonã. l. oẽs. de ac. ⁊ ob. Pro qua optime facit l. q̃ſitũ. §. ſi
is q. ĩ. e. In ꝯtrariũ, ⁊ hec eſt veritas. Pro qua eſt opi. gl. in l. depoſi
ti. ĩ. e. ⁊ ita vr ſentire Iaco. de Are. ĩ. tit. j. in l. j. nam ei fideiuſſor
accedit, vt l. creditorẽ. ſ. tit. j ⁊ l. eo. tẽpore. ĩ. e. Sꝫ obligatio fide
iuſſoria reqrit obligationẽ, vt inſt. de fideiuſ. §. fideiuſſor. in prin.
ſed obligatio reſpicit perſonales actiones, vt Inſtit. de actio.

§. j. Pre

§.j. Preterea tex. videtur expreſſus in l.j.ſ.de cuſt.reo.⁊ in l.iij.l
ſi.ſ.eo.⁊ l.ſumma cum ratione.ſ.eo.⁊ Inſti.de act.§.in perſonā.
quicquid dicat Cy.in l.dominum.C.quod cuꝫ eo.qui dicit,quod
eſt actio perſonalis cū actione in rem:q̄ꝛ leges predicte loquun
tur de ipſa actione cum adiectione de peculio,nec poteſt ſepara
ri dicta adiectio,quin aliquid remaneat,ſicut qualitas a ſuo ſub
iecto.l.ij.ſ.de vſ.fr.Contraria nō obſtant,nam video ꝙ in per
ſonalibus quis,re perēpta,liberatur,vt in debitore ſpeciei.Un
de video, ꝙ ille, ad quem res peruenit titulo ſingulari, tenetur
actione ſcripta in rem.l.de eo.in fi.ſ.ad exhib.⁊ l.j.§.pen.ſ.de in
terdi.⁊ hoc caſu liberatur cedendo rē bona fide.d.l.ſed poſtquā.
13 in fi.¶ † Item quero poſito ꝙ ſit in rē ſcripta,quod tamen nō
b eſt verum,an ſit datiua[b] vel natiua,quod eſt quando naſcitur ex
matre obligatione.Cy.in d.l.dominum.circa fi.dicit, ꝙ eſt dati
ua,tenetur enim pater,vel dominus propter contractū filij, vel
ſerui,nō ex aliqua obligatione,ſed q̄ꝛ lex dat hanc actionem. Fa
cit tex.ſ.hac ea.l.verſi.eſt autē.Sed hoc eſt falſum, ⁊ contra tex.
plurium legum. Primo cōtra l.depoſiti.in prin.cum l.iij.§.ſi fi
lius.⁊ §.Julianus.⁊ §.ſed ſi filius.ſ.eo.⁊ ſ.ti.j.l.j.ideo concludo,
ꝙ ſit natiua,⁊ oriatur ex matre obligatiōe. Ad qḋ facit l.ſi quis
cum filio.ſ.eod.ibi debitores,⁊c.l.eo tempore §.ſi creditor.ſ.eo.
14 ¶ † Item quero,an oriatur ex obligatione ciuili ⁊ naturali, an
ex ciuili tantum. In hoc ſunt opi.quas refert gl.in l.frater a fra
tre.ſ.de condi.ind.Azo ⁊ Hug.dicunt,ꝙ eſt ſola ciuilis obliga
tio,que tamen habet effectū naturalis.Et pro eis facit,q̄ꝛ defi
cit cōſenſus,imo obligatur pater vel dominus inuitus.l.ſi quis
ſeruum.§.etiam.ſ.eo.vbi dicitur ꝙ pater ⁊ dominus tenent̄ ci
uiliter. Alij dicūt ꝙ eſt ciuilis ⁊ naturalis,que ſola naturalis,⁊
ſola ciuilis non eſt ſufficiens ad producendam actionem. Inſti.
de oblig.circa princ.Breuiter opi.Azo.puto veram. Nam obli
gatio naturalis dicitur de iure gentium.l.Stichū.§.naturalis.
de ſolut.⁊ l.parietem.ſ.de ſer.vrb.pred.Sed quod pater,vel do
minus teneantur de peculio,nō eſt de iure gentiū,ergo,⁊c. Iteꝫ
non eſt hic cōſenſus,qui naturalē obligationē inducat, ergo,⁊c.
Non obſt.ſi dicatur,ergo non eſt ſufficiens ad ꝑducendā actio
15 nem,quia debes ſcire,quod quedam † ſunt obligationes ciuiles,
que habent effectum naturalis, vt dicit Azo propter authorita
tem ſtatuentium, vt obligatio,que deſcendit ex reſcripto princi
pis,vel ex edicto,pretoris,vt in caſu noſtro,que ꝑducunt actio
nem. Poſſumus tamen dicere,ꝙ hec eſt ficta naturalis,quia il
lud,quod facit iudex,vel conditor legis,videtur facere pars,vt
l.ſi ob cauſam.C.de euic.⁊ no.in l.j.§.hec verba.ff.ne vis fiat ei.⁊
l.j.de legi.⁊ hoc eſt quod voluit dicere, habet effectū naturalis.
Item quero,an hoc ſit proprium nomen actionis:hoc tangitur
16 in l.iij.§.Julianus.ſ.eo.⁊ ibi dicam.¶ † Item quero,an actio de
peculio ſit bone fidei,vel ſtricti iuris? Dico quod ſemꝑ eſt ſtri
cti iuris:quamuis illa,que competit cōtra filiū,ſit bone fidei,vt
l.mora.§.in bone fidei.ff.de vſur. Ita dt Gul. in d.l.iij.§. Julia
17 nus.¶ † Item quero,an actio que cōpetit cōtra filiū,⁊ que da
tur cōtra patrem vel dominū,ſit vna ⁊ eadē,an vero ſint due, ſci
licet vna,que competit cōtra filiū,alia que cōpetit cōtra patrē?
Reſpon.quod vna eſt ⁊ eadeꝫ.l.iij.§.ſed ſi filius.verſi.nec inter
eſſe.ſ.eo.Et ita tenet do. Jo.in l.cū filius.ſ.de ver.obl. Nā ſi di
ceres,ꝙ eſſent due,eſſet de neceſſitate dicendū,ꝙ actio que com
petit cōtra patrem,haberet aliā cauſam,quam actio,que compe
tit cōtra filiū,quod ſi eſſet verū, ſequeretur qḋ ex vno cōtractu
orirētur due actiones,quod eſt falſum. Naꝫ vnus eſt cōtractus,
⁊ nō plures,vt l.ſi cum filio.ſ.de compen. Sequeretur ēt quod
plures obligationes orirent̄,qḋ dicere eſt abſurdū. Sed licet ſit
vna ⁊ eadē,tū qualitas eius mutatur,q̄ꝛ nō ſit cōdemnatio in ſo
lidū contra patrē,ſicut ꝯtra filiū,vt eſt tex.not.qui hoc probat
in l.tam ex cōtractibus.ſ.de iudi.quod etiā optime vidiſtis in l.
in delictis.§.ſi detracta.ſ.de noxa.Et ex hoc ſequit̄ effectus,qḋ
interitu ſpeciei ſicut liberatur filius,liberatur etiā pater.l.ſi ho
mo.ſ.de verb.obli. Dicam in l.ſi ex duobus.§.in hoc auteꝫ.ſ.eo.

Uenio ad ſecūdam partem, ſcilicet ad ver.eſt autem.ex
quo no.tex.ibi dū dicit, hic oritur actio.⁊ no.ad
illam q.an actio de peculio ſit natiua , vel datiua ,de qua dixi ſ.
¶ Opp.ad id quod intēdit,quod iſtud edictum ſit triplex,imo
videtur quod non ſit ,niſi vnum , vt ſ.proxi.§.cum ſuppletione
gl.j.ibi poſite. Huius timore gl.exponit triplex,id eſt triplici
ter agitur.q.d.vnū tm̄ eſt,ſed tribus modis agi poteſt. ¶ Iteꝫ
opp.dicitur hic quod hoc edictū,⁊c.ſed hoc nō poteſt procede
re,quia certum eſt quod hoc pronomen,hoc,eſt demōſtratiuum
ad oculū.l.nemo.ſ.de here.inſtit.⁊ ibi no.⁊ qḋ no.in l.ſi ita ſtipu
latus fuero hanc ſummam.de ver.obl.ſed nullū apparet edictū,
18 ergo nō conuenit iſtud pronomen.Solu.† iſtud ꝓnomen,hoc,eſt
demōſtratiuū tm̄ ad oculū intellectus,vt l.Meuius §.duobus.
ſ.de leg.ij.Ergo hic legiſlator voluit demonſtrare id qḋ habebat
in mēte,⁊ ſic refert̄ ad intellectū,nō aūt ad oculū.Et ad iſtā ſolu
tionem facit vbicunque in iure habes pronomen,hoc,tam ad de
mōſtrationē corporalē, quā ad intellectualē eſt demōſtrabile.l.
hec actio.ſ.de calum.⁊ l.j.§.hec in factū actio.ſ.de his qui deie.
vel effu.⁊ l.hec actio.ſ.de eden.⁊ l.j.ſ.de ſerui.ruſt.pred.cū ſimi.
q̄ꝛ certum eſt ibi ad oculū non poſſe demōſtrari,cum ſint incor
poralia,ergo,⁊c.Et de hoc no.Fran.de Piſis in l.j.de ope.noui
19 nun.⁊ in d.l.Meuius.§.duobus.de leg.ij.† per qḋ videtur poſſe
ſuſtineri dictū teſtis, q ſuper vno articulo in palatio capitanei
dixit cōtractū celebratū in palatio Epiſcopi,⁊ ſuꝑ hoc capitu
lo dixit in hoc palatio. Nā refert̄ ad oculū intellectus hoc ver
bū,in hoc palatio.ſ.Epiſcopi,de quo ſ dixerat,nō ad oculū cor
poris,arg.extra de teſti.c.cū tu.niſi cauſa cōuertat̄,⁊ intelligere
mus,ꝙ demōſtraretur res corporalis per ea que no.in d.§.duo
20 bus.⁊ in j.cōſtitutione Codicis ⁊ Digeſtorū.¶ † Iteꝫ q̄rit hic
gl.an qui agit de peculio, videat̄ agere de in rem verſo? Quidā
dicunt ꝙ ſic ꝑ iſtū tex. Pro q̄bus facit §.in rē autē.ver.licet em̄.
Inſtit.quod cum eo.⁊ l.filiuſfamilias.ſ.tit.ij. Itē quādo agitur
cōtra patrē vel dominū de peculio, iſtud computatur ⁊ cēſetur
eſſe in peculio,quod pater vel dominus debent filio,vel ſeruo,vt
l.quā Tuberonis.§.ſed ⁊ id quod.ſ.eo.⁊ iſtud nil aliud eſt dice
re,niſi quod pater vel dominus tenetur propter id quod verſuꝫ
eſt. Unde concludunt,ꝙ qui agit de peculio,agit de in rē verſo.
In contrarium determinat hic gl.quod qui agit de peculio,non
agit de in rem verſo,pro qua videtur tex.expreſſus in l.iij.§.ſi fi
lius.verſi.quicquid.ſ.eo.⁊ l.ancillarum.ij.rūſo.ſ.eod.⁊ ad iſtum
text.reſpondet qḋ illud quod hic dicitur,quod agitur de in rem
verſo.dic, ſcilicet interdum de in rem verſo. vt ibi , interdum de
peculio,vt hic,quod patet,q̄ꝛ ponit eas indiſtincte.Sed ad con
trarium non rūdet. Tu dic,ꝙ nō obſtat §.in rē verſo.licet enim
quod ibi dicit,ꝙ vna eſt actio de peculio,intellige,ꝙ ille,qui pro
ponit actionē de peculio,conſequitur effectū ſemper,⁊ interduꝫ
de in rem verſo.vt quando dominus debet aliquid ſeruo,vt d.§.
21 ſed ⁊ id quod. Aduerte † tamen quod nō ſemper illud,quod eſt
verſum in rē domini,cenſet̄ in peculio:nā tunc in peculio cenſet̄
qḋ in rē dn̄i verſuꝫ eſt,quoties ſeruus dn̄m naturaliter ſibi obli
gat,⁊ hoc tunc demū eſt,cū vertit in rem domini animo repeten
di,nō animo donādi. Itē ſi ꝯſumptū ſit illud qḋ verſum erat,vt
q̄ꝛ granū,vinū,⁊ oleū,qḋ mutuo acceperat ḋderat familie dn̄i,⁊
ab ea fuit ſubtractū. ¶ No.ꝙ granū,vinū,vel oleū eſt i peculio,
⁊ tn̄ in rē dn̄i verſum eſt. Item ſi ſeruus debet dn̄o vltra,quam
verterit,ſi de in rē verſo dn̄s cōueniatur,nō deducit ſibi debitū
in actione de peculio deducturus,licet ſit arg.cōtra.ſ.de in rem
ver.l.quidā. ⁊ ꝓpter alios effectus neceſſe eſt dicere actionē de
peculio ab actiōe de in rē verſo diſcrepare.l.j.ſ.ti.ij.⁊ vidiſtis ſ.
de differētijs inter iſtā actionē,⁊ illā.Et eodem mō rūde ad l.ſi
lius.ſ.ti.ij.De quo articulo no.in d.§.in rē autē. Inſtit.qḋ cū eo.

Uenio ad tertiam partem,que eſt in verſ.verba,que po
nit verba edicti,⁊ gloſ. ſupplet,ſcilicet actionem
22 in dominum,vel patrem. ¶ Sed pro declaratione † quero,hic
c dicitur quod pater ex contractu filij[c] tenetur de peculio,quero
de quo peculio poſſit intelligi , cum filiuſfamilias poſſit habere
plura pecula,vt dixi ſ.in rubr.Glo.in l.pater qui caſtrēſe.ſ.de
caſtrē.pecul.mirabiliter reſpōdet,ꝙ de iure antiquo pater tene
tur de peculio profectitio,qḋ ipſe filio conceſſit,⁊ paſſus eſt euꝫ
habere. Item de peculio aduētitio, q̄ꝛ de iure antiquo nō diſtin
guebatur peculiū aduentitiū a profectitio,cum quicquid quere
bat filius,querebat patri. De caſtrenſi vero peculio nō tenetur
pater filio viuo,ſed ipſe filius conuenit̄, vt l.iiij.§.j.de caſtrē.pe.
Iteꝫ hodie in aduētitio peculio pater non tenet̄ actione de pe
culio,ſed poteſt cōueniri vt legitimus adminiſtrator filij,vt l.j.
C.de bo.ma.qḋ no.q̄ꝛ ꝑ hoc habes intellectū totius tituli de pe
23 culio.⁊ hec vera viuo filio.† Sed quid mortuo filio,qualiter te
net̄ pater de peculio? Reſpō.de iure antiquo,de peculio aduēti
tio,⁊ profectitio tenebatur intra annū, per titulū quando actio
de peculio eſt an.de peculio vero caſtrenſi,ſiquidē pater occupa
uit iure peculij,incipit aſſumere poſt mortē vires peculij profe
ctitij.ideo tenetur de peculio intra annū, vt d.l.pater qui caſtrē
ſe.ſecus ſi vt heres occupat. Hodie vero indiſtincte pater occu
pat vt heres in aduētitio caſtrenſi vel quaſi.ideo non tenebitur
de peculio,ſed ciuili perpetuo. Sed ꝯtra hoc facit,q̄ꝛ ipſe ſucce
dit filio,quomodo ergo poteſt teneri de peculio? Nam pater,q
tenetur de peculio,habet̄ vt fideiuſſor.l.cū filius.ſ.de verb.obli.
⁊ no.glo.in l.ſed ſi damnum.§.ſed ⁊ creditor.ſ.eo. ſed ſi fideiuſſor
ſuccedit principali,extinguitur obligatio fideiuſſoria.l.heres a
debitore.§.ꝙ ſi idem.ſ.de fideiuſ.vbi iſtam oppoſitionem facit
gloſſ.⁊ ſoluit in d.l.pater qui caſtrenſe.de caſtren.pecu.

24 Uenio ad quartā partē in ver.de eo. Ex quo no.† quod
d maſculinum concipit femininum. ¶ Cōtra hoc[d]
oppon.de l. ſi ita relictum. in princip. de lega.ij.⁊ l. qui duos.
de leg.iij.l.Lucius.§.queſitum.Solu, vt per Cy.in l.quicunq̄.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de ſeruis fugi.⁊ ibi etiã Odofr.⁊ in Spec.de diſput.aduoca.§.ſ.
Doc.in l.j.ſ.de vb.ſig.de quo eſt hodie glo.in c.generali. de elec.
in vj.⁊ pleniſſime per Frã.de Piſis in l.j.de verb.ſig. Tetigi ẽt
e in d.l.ſi ita relictũ. Unde potes dicere,quod aut maſculinũ[e] ꝓ-
nuntiatur per nomen pꝛopꝛium,⁊ tunc non compꝛehenditur fe
mininum:aut per appellatiuum,⁊ tunc aut pronũtiatur ſubſtan
tiue,aut adiectiue. Pꝛimo caſu aut tale ſubſtantiuũ eſt generis
communis,⁊ tunc maſculinũ non concipit femininum,quia pꝛo-
nũtiatio ſit in vtroqꝫ genere,arg.de vulg.⁊ pupil.l.cum ex filio.
§.j.⁊ ſi pꝛonuntiatur,qꝛ commune eque ſe habet ad maſculinum,
⁊ ad femininum,vt ĩ.de verb.ſignific.l.hominis. Aut eſt generis
maſculini,vt nomen filioꝛum,libertoꝛũ,⁊ fratrũ,⁊ tunc aut ſer-
uo ſecundũ conuenientiam rei,de qua loquimur, non eſt adapta
bilis ad genus,vt ſi dico,liberti ſunt mariti vxoꝛum, ⁊ tunc non
continentur femine:⁊ hoc non ex vi nominis,ſed rei,id eſt mate-
rie,aut conuenientia ſermonis poteſt adaptari vtriqꝫ generi,et
tunc aut loquimur in materia que recipit interpꝛetationem ex-
tenſiuam,⁊ tunc maſculinum compꝛehendit femininum, ⁊ ita lo
quitur d.l.qui duos.⁊ l.Lucius.§.queſitũ.⁊ l.ſi ita relictũ. Aut
in materia,que non recipit extenſionẽ ſeu interpꝛetationem ex-
tenſiuam,⁊ tunc maſculinum non concipit femininum.ĩ.de vent.
in poſſ.mitten.l.j.§.quare. Hanc doc.no.tradit l.iuſta.ĩ.de verb.
ſigni. Si vero pꝛonuntiatur ſermo maſculinus adiectiue,⁊ tunc
aut ſubſtantiuatur in ſubſtantiuo generis maſculini, ⁊ tunc aut
in materia extenſibili,⁊ cõpꝛehendit femininũ, vt de verb.ſign.
in l.quiſquis mihi. Aut in materia non extenſibili,⁊ tunc ſecus.
Aut ſubſtantiuatur in ſubſtãtiuo generis communis,vt puta,
f quiſquis homo,⁊ tunc[f] ex vi accidẽtis,id eſt adiectiui,nil impoꝛ
tatur:qꝛ accidens eſt ad ſubſtantiã cui coheret ſignum,nõ enim
ꝓpꝛietas ⁊ ſignificatio,ſꝫ ex vi ſubſtantiui oꝛõ ſignificat vtrũqꝫ
ſeruũ,vt ĩ.de iure fiſc.l.ait diuus.⁊ ĩ.ð verb.ſign.l.j.⁊ l.j.ĩ.ð reg.
25 iur.⁊ vide quod no.in cle.j.de elec.in ij.gl. ¶ Sed quero † in caſu
in quo maſculinũ cõcipit femininũ, an ſit de pꝛopꝛio ſignificato
verbi. Jac.But.hic dicit,ꝙ nõ,ſed potius ex quadã interpꝛeta-
tione,⁊ hoc pꝛobat per iſtũ tex. Nã ſi eſſent de ꝓpꝛio ſignificato
verba pꝛolata in maſculino,intelligerẽtur in feminino,quod hic
eſt ſecus. Sed mihi videtur,quod nec ex ꝓpꝛio ſignificato, nec
ex interpꝛetatione,maſculinum concipit femininum,⁊ quod nec
poſſit ꝓcedere iſtud bꝛocardicum, quia vbicũqꝫ tu dicis, quod
maſculinum poſſit concipere femininum,non eſt bene dictum qð
iſtud ſit ex vi verbi maſculini:imo dico ex vi rationis,quia indif
ferens eſt ratio,quod ꝓbo per tex.iſtum qui dicit,ex hoc edicto
in femininum ſexum actio datur,non autem dicit ex verbi inter-
pꝛetatione:quia non vi interpꝛetationis, ſed vi eiuſdẽ rationis
que indifferens eſt ad vtrunqꝫ ſexũ. Sic in l.ſed ⁊ ſi.§.hoc ſena-
26 tus.ſ.tit.j. Exemplum in ſtatuto,quo † cauetur,quod ſi quis va
dit de nocte,puniatur in decẽ,⁊ loquitur de verbo maſculini ge
neris, dico ergo, ꝙ ſtatutum compꝛehendit femininum genus,
g non vi verbi,ſed vi rationis indifferentis.[g] Sed ſi ſtatutũ dice
ret ſic,ſi quis rapuerit virginem vel monialem, puniatur in de-
cem,iſto caſu ſtatutum non compꝛehendit femininum, quia non
eſt indifferens hec ratio. Nam ſtatutum,quod habet locũ in ma
ſculo,non habet locum in femina,⁊ ſic de ſimilibus.

ADDITIONES.

a IO FRAN.RV. ¶ In perſonam. Idem tenet Bart. in l.frater a
fratre.verſi.ſumus expediti de ſecũda parte.ſ.de condi. inde.⁊
Ang.de Aret.in §.actiones autem. Inſtit.de actio.
b ¶ Datiua. Idem tenet Bart.in d.l.frater a fratre.ver.ſecundo
quero.⁊ Ang.in l.iij.§.ſi filius.ĩ.eod.de quo vide Bal.⁊ Salic.
poſt Cy.in l.dominum.C.quod cum eo.
c ALEX. ¶ Ex contractu filij. Et vide quatuoꝛ caſus no.per gl.
l.cum ancilla.C.quod cum eo.in quibus pater,vel dominus,non
tenetur de peculio,niſi inquantum locupletioꝛ factus eſt,⁊ Bal.
qui addit quintum in l.ſi filiusfamilias.ſ.de iudic.
d POMA. ¶ Contra hoc. Uide Alexan.conſi.lxxx.col.ſi.vol.j.⁊
conſi.xxiiij.vol.ij.⁊ conſi.cxv.vol.ij.
e ALEX. ¶ Aut maſculinum. Quando maſculinum compꝛehen
dat femininum,vide Bar.in l.j.ĩ.de verb.ſignifi.
f POMA. ¶ Et tunc. Uide Alex.conſi.cxij.ij.vol.
g POMA. ¶ Indifferentis. Uide Aret.conſi.xxxix.

## §. Si cum impubere.

Ex contractu ſerui, vel filijfamilias mino
ris,pater,vel dñs non conueniuntur,niſi inquantũ locupletio-
res facti ſunt:vel verius dicam niſi inquantũ locupletatũ eſt pe
culiũ.h.d. ¶ Opp.⁊ videtur ꝙ imo inquantũ eſt in peculio,vt ſ.
ea.l.in pꝛin. Solu. ſpeciale eſt hic. Ratio ſpecialitatis põt eſſe.
Nã ex quo grauatᷣ pater vel dominus in vno.ſ.quod ſi ſeruus,
vel filiusfamilias minoꝛ lederentur pꝛopter eoꝛũ facilitatem,nõ
reſtituerentur,vt l.iij.§.ſi.ſ.de mino.releuatur in hoc,ꝙ non te-
netur de peculio, ſed inquantum peculium eſt locupletatum,
arg.l.eum qui.ſ.de iureiur. Item querit hic glo.an iſto caſu pa
ter,vel dominus deducet ſibi debitum ſi conueniretur de pecu-
lio:⁊ dicit quod ſic.

1 ☞ Uerbum,habeo,non denotat dominium.
2 Genitiuus quando denotet dominium,⁊ quando poſſeſſionem.
3 Statutum quod accipiens rem alterius puniatur in decẽ,quo-
modo intelligatur.
4 Uſus loquendi communis attenditur in ſtatutis.
5 Actio de peculio eſt pꝛetoꝛia.
6 Commune quod eſt,meum eſt.

## §. Poteſtatis.

Iuriſcõſultus hic exponit verbũ,
poteſtatis,poſitum in edicto.⁊ pꝛi
mo dicit,ꝙ iſtud verbũ,poteſtatis,refertᷣ tam ad filiũ, ꝙ ad ſer
uũ. Secũdo dicit,ꝙ ſeruoꝛũ appellatione cõtinẽtur nedum pꝛo
pꝛij,ſed hi,quos bona fide poſſidemus tantũmodo,⁊ ꝙ appella-
tione ſeruoꝛũ cõtinẽtur nõ ſolum pꝛopꝛij,ſed cões.⁊ h.d. Uer-
bum,poteſtatis,aſſumitᷣ large vt cõpꝛehẽdat ſeruos pꝛopꝛios,et
communes,⁊ etiam bona fide poſſeſſos,⁊ eos,in quos habemus
vſumfructũ,⁊ hereditarios,⁊ cõpꝛehendit dominos vtriuſqꝫ ſe
1 xus minoꝛes ⁊ furioſos.h.d.cũ l.ſeq.ibi,ex ea cauſa. Not.ꝙ † ver
bũ,habeo,verificatᷣ ſiue res ſit mea,ſiue nõ,adeo ꝙ de neceſſitate
nõ denotat dominij exiſtẽtiã.ad qð l.j.§.qð autẽ.de vi ⁊ vi arma.
2 ¶ Secundo no. † ꝙ genitiuus verificatur ratione poſſeſſionis.
¶ Contra hoc oppo.⁊ videtur, ꝙ genitiuus habeat ſignificare
dominiũ,vt l.ſeruũ Titij.ĩ.mãd.⁊ l.ſi heredis ſeruus.de leg.j.⁊
l.ſi ſeruus cõmunis meus.ĩ.ð ſtip.ſer. Solu fateoꝛ ꝙ genitiuus
habet dictã ſignificationẽ,⁊ etiã alias ſignificationes,vt hic.vbi
ponitur in lege debet ſumi pꝛout magis aptus eſt in materia,in
qua ponitur.l.quoties in ſtipulationib.de verb.obl.vbi expꝛeſſe
ponit hoc exẽplũ,dũ dicit liber Ariſtotelis,⁊ l.quoties idẽ ſer-
3 mo.de reg.iur.⁊ l.libꝛoꝛũ.§.j.⁊ de leg.iij. Sꝫ pone, † dicit ſtatu
tũ,ꝙ quicũqꝫ acceperit rẽ alterius,puniatur in decẽ. ¶ Quero
quid ſignificat illud,rẽ alteriꝰ,an dominiũ,an vero poſſeſſionẽ:
⁊ vr̃,ꝙ ſignificet dominium,ita ꝙ nõ poſſeſſionẽ.l.ij.poſt pꝛin.ſ.
de reli.⁊ ſum.fu. In contrarium vr̃,ꝙ verificetur non tm̃ in do-
minio,ſed etiã in poſſeſſione ⁊ detẽtatione,vt hic. Itẽ ſi habeo rẽ
commodatam vel depoſitam apud me, dꝛ eſſe ĩ poteſtate mea.l.j.
in pꝛin.⁊ §.ait pꝛetoꝛ.cũ l.ſeq.ſ.nau.cau.ſta. Dic ꝙ de ꝓpꝛio et
ſtricto ſignificato ſignificat dominiuꝫ.d.l.ij.ſed de ſignificatione
magis larga,⁊ impꝛopꝛia compꝛehendit etiam poſſeſſionem,et
detentationem, vt hic. Unde generaliter antiqui dicebant,ꝙ
genitiuus quandoqꝫ regitur ex natura eius, quod eſt alterius,
quandoque ex natura poſſeſſionis. In ſtatuto vero,licet debea-
mus accipere pꝛopꝛiã ſignificationẽ vocabuli.l.nõ aliter.de leg.
4 iij.tñ pꝛopter cõmunem vſum loquendi accipiam † hoc ſecundo
modo.l.libꝛoꝛuꝫ.§ quid ergo.⁊ quod ibi no de le.iij.⁊ l.Lucius.
Et ꝙ ipſe communis vſus loquendi attendatur, facit quod not.
in l.ij.§.tulerunt in glo.no.arg.ſ.de oꝛig.iur. ¶ Secundo no.ꝙ
iſte actiones ſunt p̃toꝛie,vt hic in l.ex ea cauſa ibi,honoꝛarie,⁊c.
5 ad quod † facit l.j.in pꝛin.ſ.eo.l.j.§.merito.ĩ.tit.j.⁊ l.Titius.de
6 reſcind.vend. ¶ Tertio no.ꝙ † id quod commune eſt,meũ eſt,de
quo per Dyn.in l.ſerui electione.de leg.j.⁊ per Cyn.in l.j.C.qui
teſta.fac.poſ.⁊ per Dy.etiam in c.in re communi.de regu.iur.in
vj.⁊ per domi. Franc.de Piſis in d.l.ſed ſi hac.§.qui manumit-
titur.ð in ius vocan.⁊ in d.l.j.C.qui teſta.fac.poſſ.in ſimili,⁊ ego
tetigi in d.l.ſerui electione.plenius quam alibi.

LEX III.

1 ☞ Hereditas iacẽs quantum ad hunc titulum non dꝛ domina.

Licet. Iſtud principiũ ſummaui cũ pꝛecedenti-
bus,⁊ adhuc venit ad expoſitionez illius
1 verbi,poteſtatis,poſiti in edicto. ¶ † No.ꝙ iſta actio
eſt datiua,vt hic in tex.polliceatᷣ,⁊c.⁊ ibi, dari de pe-
2 culio.de quo dic vt dixi.ſ.eo.l.j. ¶ Itẽ no.ꝙ † verba edicti abſo-
lute poſita in eo qui eſt in poteſtate alterius verificantur etiam
in eo,qui nullũ habet dominium,vt hic.⁊ ibi,in nullius poteſta-
3 te,⁊c. ¶ Item not. † ꝙ hereditas iacens quantũ ad hunc titulũ
non dicitᷣ domina, licet in alijs ſecus, vt l hereditas.ĩ.de acqui.
re.do. Nam hic requiritur dominium perſone viuentis, non ſi-
cte. Et eſt ratio,quia in conſtitutione peculij requiritur conſen-
ſus, ſed hereditas non poteſt conſentire, ergo, ⁊c. ſed tamen ex
equitate verificatur etiam in perſona repꝛeſentata a iure,vt eſt
heres,qui ab hereditate iacente repꝛeſentatur.

## §. Unde Labeo.

Hic iuriſcõſultus dclarat ple
nius ꝙ dixerat in pꝛinc. legis
adducẽdo dicta Labeonis. ¶ No.ꝙ verba edicti,q̃ dicunt,que
in alterius poteſtate,⁊c.verificantᷣ in vna,⁊ eadẽ ꝑſona. ¶ Op-
po.hic dicitur,ꝙ ſeruus liber factus,conuenitur de eo,qð geſſit
in ſeruitute. Cõtra de l.j.C.an ſer.ex ſuo fa.⁊ ꝑ totũ. Sol.vt i gl.
¶ Item opp.dꝛ hic ſeruum liberum factũ teneri de peculio:cõ-
tra,imo videtur quod in ſolidum. Nam ex quo eſt liber ⁊ heres,
cenſet

cenſetur liber factus die mortis teſtatoris, ⁊ ſic videtur non vt
ſeruus contraxiſſe. l. omnia fere. ff. de reg. iur. ⁊ l. heres quoq. ff.
de acquir. her. Gl. ſoluit, ſed ſua ſol. eſſet vera, quando eſſet in-
ſtitutus pure liber, ⁊ heres: ſed hic non fuit inſtitutus pure, ſed
fuit vulgariter ſubſtitutus, vt patet in tex. ibi, mox repudianti-
bus, ⁊c. que ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, vt not. in l.
Gallus. in princ. de lib. ⁊ poſth. ⁊ l. in ratione. §. ſi filio. ad leg.
Falcid. ⁊ l. qui liberis. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ ideo in medio tempore
non dicitur eſſe heres, niſi fictione iuris.

1 ☞ Verbum, alterius, comprehēdit maſculinum, ⁊ femininum.
2 Tutor ⁊ curator equiparantur.
3 Furioſus quando conuenitur, libellus formatur in perſona pro curatoris.
4 Peculij conſtitutio ſeu demandatio non finitur morte.
5 Pupillus etiā cum tutoris authoritate nō conſtituit peculiū.

§. **Parui autem.** Hic Iuriſconſultus exponit verbū edicti, qui ī alterius, ⁊c. hoc dicit, verbum, alterius, comprehēdit vtrunq ſexum, mino-
1 res ⁊ furioſos. h. d. ¶ No. qđ dixi in ſummario, † q iſtud ver-
bum, alterius, comprehendit maſculinum ⁊ femininum. No. tex.
2 quod dominus eſt obligatus. Not. † in verſi. in furioſi. tutorē ⁊
3 curatorem equiparari. ¶ Item no. † quod quando agitur cōtra
furioſum, debet formari libellus in perſona curatoris. ¶ Opp.
quod dominus dicitur fideiuſſor ſerui. l. cum filius. de verb. obli.
⁊ no. in l. ſed ſi damnū. §. ſed ⁊ creditor. ff. eo. Sed mulier non po-
teſt intercedere, q habet exceptionem Velleiani, ergo, ⁊c. Sol.
hic in re propria. Ad quod facit l. de die. §. j. ff. qui ſatiſdat. cog.
4 Itē not. † q iſta demandatio ſeu conſtitutio peculij non finitur
5 morte mandantis ſeu conſtituentis, ⁊c. ¶ No. † etiam pupillum
cum tutoris authoritate non poſſe conſtituere peculium: ⁊ idē,
ſi eſſet furioſus.

1 ☞ Interrogatus de duobus poteſt ſimul in diuerſis orationi-
bus reſpondere.
2 Reſponſio, ne iuris ordo in reſpondendo peruertatur, cōgrua
debet fieri.
3 Interceſſio dicitur officium.
4 Actio de peculio an ſit proprium nomen actionis.

a §. **Si filiusfami.** [a] Hic exponitur vltimum verbum edicti, ſcilicet negotium geſtum eſt, ⁊c. ⁊ incipit declarare, quando dicitur negotium ge-
ſtū, ⁊ primo de negotio extraiudiciali, ⁊ gl. diuidit: tu dic, q iſte
eſt proprie §. vſq ad §. ex furtiua. ⁊ diuidit in tres partes prin
cipales. Primo format tres queſtiones in perſona duorū, ſcili-
cet ſerui, ⁊ filij. Secūdo incipit ad illas reſpōdere circa perſonā
ſerui. Tertio circa pſonā filij. Scđa ibi, ⁊ eſt verius. Tertia ibi,
ſed ſi fili'. Itē ſcđa pars diuidit in ſeptē partes. Nā primo Iu-
riſcōſultus rńdet ad primam q. dum ſeruus fideiuſſit, q ita de-
mum obligat dominum, ſi fideiuſſit in cauſa peculiari: ſecus, ſi
extra cauſam peculiarem. Secundo reſpondet ad tertiam que
ſtionem, dum ſeruus mādauit, ⁊ ſimiliter ibi diſtinguit in cauſa
peculiari, vel non, ⁊ tene primam lec. gl. ¶ Tertio dicit, q diſtin
ctio adhibita in mandatario ſerui, non admittitur in fideiuſſore
filij, ſed indiſtincte dicit patrem de peculio teneri. Quarto dicit
diſtinctionem adhibitam in mandatario ſerui habere locū etiā
in fideiuſſore ipſius ſerui. ¶ Quinto qđ eſt dictū in fideiuſſore
filij, dicit habere locum etiam in mādatario ipſius. Sexto quod
dictum eſt in fideiuſſore, ⁊ mandatario filij, quod agunt de pecu
lio, dicitur habere locum quando fideiuber, vel ſoluit patri cre-
ditori, alias mandatarius ſoluens ſolutum condicit, ⁊ fideiuſſo-
ri dato a filio cōtra patrem ſuccurritur, ⁊ fideiuſſor exceptione
doli iuuatur. Septimo ⁊ vltimo dicit dominū obligari ex facto
ſerui extraiudiciali, ſecus ex negotio iudiciali, ſiue iudiciū agite
tur coram arbitro, ſiue corā iudice. Secunda ibi, Iulianus quo
que. Tertia ibi, cui congruit. Quarta ibi, idem accipias. Quin
ta ibi, idemque. Sexta ibi, quod ſi filius. Septima ibi, ſi ſeruus.
Itē tertia pars principalis diuiditur in duas partes, ⁊ primo
dicit, quod filius fideiubendo vel mandando indiſtincte obligat
patrem, non diſtinguendo in cauſa peculiari vel non. Secundo
quod dictum eſt, patrem obligari ex facto filij extraiudiciali in-
diſtincte habet locum etiam in iudiciali, ſiue iudicium agatur
coram arbitro, ſiue coram iudice. Item quandocunq ⁊ quoties-
cunq in iudicio interueniat. Secunda ibi, quare ex compromiſ-
ſo. ¶ Venio igitur ad ſecundam partem principalem, quia pri-
ma eſt clara, ⁊ examinemus hūc §. per partes, ⁊ iſta ſecūda pars
h. d. Seruus fideiubendo, vel mandando extra cauſam de pecu-
lio, non obligat dominum de peculio, ſed fideiuſſori dato a filio
contra patrem hac actione ſuccurritur, ſi ipſe eſt creditor, alias
mandatarius totum cōdicit, ⁊ fideiuſſor vtitur exceptione. h. d.
1 ¶ Not. quod † de duobus interrogatis ſimul poteſt in diuerſis
2 orationibus reſponderi. ¶ Secundo not. † quod cōgrua debet
fieri reſpōſio, ne iuris ordo in reſpōdendo peruertatur. ¶ Ter
3 tio not. † q interceſſio dicitur officium, ad quod l. j. in princ. ff. ad
4 Velle. glo. ⁊ Bul. querunt hic, † an actio de peculio [b] ſit propriū
b nomen actionis? Dic vt hic per eos. Pro quibus facit tex. in l.
Titius. ff. de reſcind. vend. ⁊ Inſtit. quod cum eo. §. iſtas tamen.
⁊ videtur tex. in §. is quoq. ⁊ in l. ſi eum. §. fin. ff. de exercito. ⁊ ibi
gl. not. de hoc vt per Bul.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si filiusfamil. Vide doct. in l. ſi ex duobus. §. j. ⁊ ibi
omnino Ang. de duob. reis.
b ¶ De peculio. Bar. allegatur hic contrarius, p quo vide eiuſ-
dem concor. concord. xiij. inc. longe ſubtilis.

1 ☞ Compromiſſo obligatur in arbitratorem, qui non obligatur
in iudicio, ſecus in arbitrum.
2 Laudum latum per arbitratorem quedam tranſactio eſt.
3 Arbitraria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.
4 Laudo nullo contrauenieus non incidit in penam.

§. **Si ſeruus.** Hec eſt ſeptima pars, ⁊ h. d. Qui non obligatur iudicio, non obligatur cō-
* promiſſo. h. d. * Nota hic tres caſus in quibus contra dominum
non poteſt dari actio de peculio. Primus, quando ſeruus com-
promiſit cum pena, vt hic in princ. Secundus eſt, ſi ſeruus ſuſce
pit iudiciū, vt hic, in verſi. quia nec ſi in iudicio, ⁊c. Tertius eſt,
ſi ſit fideiuſſor: vt hic, in verſi. ſꝫ ſi filius, ⁊c. Ita voluit notare gl.
in verb. non poteſt. in l. ſeruus. C. de pac. vbi gl. enumerat ſeptē
* caſus, quibus ſeruus facit cōditionem domini deteriorem. * Et
1 intelligo hoc verū † in compromiſſo in arbitrū, ſecus in arbitra-
2 torem. Tunc † enim eſt quedā tranſactio, vt in auth. vt diffe. iud.
§. ſi vero contigerit. ⁊ ſic quidā contractus. Sicut ergo obligat
dominū de peculio contrahendo, ita ⁊ in arbitratorem compro
mittendo, quod no. ¶ Not. q ſicut ſeruus nō poteſt eſſe in iudi
3 cio. l. ſeruus. C. de iudi. ita nec cōpromittere: quoniam † arbitria
ſunt redacta ad inſtar iudiciorū, vt l. j. ff. de arbi. ¶ Itē no. q q
4 † venit cōtra laudum, [a] qđ eſt ipſo iure nullū, in penā nō incidit.
a Pro quo facit tex. ⁊ gl. ī l. apud Celſum. §. itē q̄rit. de doli excep.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Venit contra laudū. Veniens ꝯ laudū nullū, non in-
cidit in penam, imo dicit tex. no. in c. examinata. de confir. vtī vel
inutil. quod etiā non pōt homologari laudū, ſuper quo non pro
cedit compromiſſum. Itē ad hoc facit gl. not. in l. ſi patronus. ff.
ſi quid in frau. pat. ⁊ per iſtū text. dicit Bal. in l. ij. in j. col. C. de
execut. rei iud. ſi contra laudū nulla pōt opponi exceptio, pote-
